

sex cyathos vrine emiserit, quanquam multa fuerint exhibita, ut syrups de radicibus, & daucus Creticus. Cum per sedecim dies autem integros nihil omnino vrine reddere posset, nunc per tres dies rursus habuit vrinam tam crudam & turbidam, ut mirari aliquis meritò posset. Porro p no- uem dies continuos vigilauit, ita ut in conuulsione totius corporis, cum febri & amissione vocis inciderit, & nunc patitur continua contrac- tionem omnium membrorum. Habuerat autem ante aliquot dies vomitum copiosum ex materia pituitosa & biliosa, ac item fluxum ventris. Cum igitur tantum esset periculum, petiit deliberatio- nem reiici in diem insequentem: sed ut tunc etiam aliquid adhiberetur, est clystere ordinatum.

R. Centaurij minoris

Anethi

Chamæmelæ ana M.ij.

Parietariæ M.ij.

Fiat decoctum in iure pulli, deinde addantur Olei anethini 3 ij.

Mell. ros. 3 ij.

Hieræ picræ 3 vj.

Misceantur pro clystere. Deinde actum est de phlebotomia. Montanus omittit malebat, propter tempus frigidum, & virtutem oppressam à materia crassa, & frigida. Sed quia Frachanzanus & alii vrgebant, qui ex prioribus visitationib. vir- tute affirmabant: illis quantumuis in- uitus concessit, quod non sit præstantius reme- dium in spalmo, quam missio languinis, si virtus D & reliquæ circumstantiæ concedant. Vngatur au- tem totum corpus cum hoc vnguento.

R. Olei anethini 3 ij.

Chamæmelini 3 j.

Olei de spica simp. 3 s.

Adipis anserini, sine sale 3 j.

Misce, & fiat linimentum. Et quia de singula- ri cordis languore conquestus est, ordinavit hoc pro corde linimentum. Pro Spina dorsi uero Olei Hardini 3 j.

R. Specierum chordial. 3 ij.

Vnguenti rosati Mesuæ recentis 3 j.

Ambrae

Musci ana gr.j. Misce.

Ad confortandum cerebrum iusserrunt in per- gi hunc puluerem capiti.

R. Ladani electi 3 iiiij.

Spicæ

Stochados

Maioranæ

Rorismarini

Asari ana 3 j.

Puluerizentur minutissimè, & inspèrgantur capiti. Pro potu hæc accipiatur:

R. Cinamomi electi 3 ij.

Anisi 3 iiiij.

Sacchari 3 iiiij.

Decoquantur in aquæ communis lib. vij. ad hō- ram integrum, & bibat. A vino abstineat, diæta va- tatur tenuissima, & attenuante.

CONSILIVM LIII.

De diuersis dispositionibus præter naturam, cū metu futura apoplexia, pro illustris. Duce

A Bauarie. Datum anno 1546.



PROBABILE admodum est, Magnificum hunc & nobilissimum virum à nativitate laudabilis fuisse temperatu- ræ, neque in corporis compositione deliqüisse: audio enim & bono habitu constare, semperque constitisse, & esse carnosum, rubet ac floridi coloris, hilarem, ingeniosum, pruden- tem, & rebus agendis idoneum. Quæ quidem indicant, non tantum corporis temperaturam bene habere, sed membra quoque omnia prin- cipalia in idem exquisitissimè conspirare. Si quo igitur morbo vel laborat, vel hæc tenus laborauerit: non est, iudicio meo, vitio corporis, sed victus rationi tribuendum. Cum tamen calidioris hepatis sit, plurimumque sanguinis generet, parumque exerceatur, & lautissime viuat: non est postea mirum, si ex redundantia in varias æ- gritudines semper inciderit, & priuò in adole- scientia in tertianas febres, & icteritias, ob feruorem ætatis, bilis copiam, & malam victus ratio- nem: deferuescente autem ætate, dum calor non ita acris adesset, frigidiores postea morbi inuaserunt, ut testiculorum, calculi renum, iliaci affe- ctus, vleera crurum erodentia propter humo- rum aduersionem: & nunc cùm tantum sit in pri- mo senio constitutus, totq[ue] morbis subiiciatur, periculum est, nisi exquisitissimè sibi caueat, & præcaueat, atque iterum caueat, ne in apople- xiam tandem etiam incidat, aut subito suffocatus intereat, præcipue cùm videatur hoc illi esse hæ- reditarium ob similem patris interitum. Oportet igitur, ut tanquam prudens & temperantissimus vir muniatur se, atque ab imminentibus periculis se custodiat: quod non ita difficile efficiet, si ratione & fideli medico velit obtemperare. Neque enim, vt prius dicebamus, vitium aliquod na- turale in hac corporis structura esse opinamur: sed sola depravata victus ratione contractum.

E **I**ncepit ergo à fundamento solidò & necessario; vbi tandem totam præseruationem, totam etiam curam inueniet, sine quo nihil exequi poterit, & quo solo omnia facile excuetur. **Fundamen-** **tum illud est, vt in sex rebus non naturalibus,** quantum fieri potest, nihil delinquit. Exercitijs vtatur moderatis: euitet omnis aeris excessus, omnesque animi molestias: quotidianam alii excretionem procuret: somnum meridianum effugiat, omninoque ad vigilias potius declinet:

Fed præ reliquis omnibus cibum & potum mode- retur. **C**aueat ab aromatū vnu, qui mos apud Ger- manos plus nimio viget. **Vnico cibo contentus** sit, ferculorumque ac omnium esculentorum co- piam euitet. Ideo à lautis mensis, & communi no- bilium cōiunctu, & compotationibus quammaxi- imè potest abstineat. Iuniores carnes comedat, si- cut hædorum, vitulorum lactentium, pullorum, perdicū: oua etiam recentia & sorbilia concedun- tur. **A**piscib. leguminibus, pastilibus, lacticiniis, rebusq[ue] omnibus frictis abstineat. **A**vino quam- maximè abstineat: in vino enim omnia ferè inue- niet detrimenta, suarumq[ue] omnium ægritudinū fomenta. Sit ergo vinum vel nullū (si fieri potest)

cibus & potus

Vinum

rebusq[ue] omnibus frictis abstineat. **A**vino quam- maximè abstineat: in vino enim omnia ferè inue- niet detrimenta, suarumq[ue] omnium ægritudinū fomenta. Sit ergo vinum vel nullū (si fieri potest)